

Franz Wolf

**Honori Supremo, Et Memoriae Immortali ... Margaretae Lembken/ Viri ... Dn.  
Hermann Schuckmanni, Theologi ... Uxoris ... Desideratissimae, Cum Anno  
Christi M. DC. LXXVI. d. IV. Iulii, indicto funere ...**

Gustrovi[ij]: Scheippel, 1676


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777831805>

Druck Freier  Zugang




Rüst, Th.  
auf  
M. Lembke,  
Chefr. des H. Schulmann.  
Güstrow, 1676.

53







HONORI SUPREMO,  
ET  
MEMORIÆ IMMORTALI,  
Nobilissimæ, Virtutumq; sui sexûs splendore  
Fulgidissimæ MATRONÆ  
MARGARETÆ

Emblema /

VIRI

Plurimum Reverendi

DN.

HERMANNI SCHUCKMANNI,

Theologi, & Superintendentis gravissimi,

Soceri sui devenerandi,

UXORIS OPTIMÆ, NUNC EHEU DESIDERA-

TISSIMÆ,

CUM

ANNO CHRISTI

M. DC. LXXVI. d. iv. Julij,

indictofunere,

Corpus ejus terræ matri rursus desponderetur,

In pietatis & observantiæ nunquam intermorituræ

monumentum

Hæc

Consecrat

Mæstissimus ejus Gener

M. FRANCISCUS WOLFIUS. Log. PP.

in Acad. Rost.

GUSTROVI, Typis SCHEIPPelianis Anno 1676.



Ei mihi! quid facio? quid versus scribere  
tento?

Tinctane sic lachrymis carmina penna  
dabit?

Molior incassum; cerebrum excutientia  
verba.

Molior, & voces eluit unda meas,  
Verba petit calamus: Mens suppeditare recusat,  
Inq; suo partu vox parienda perit.  
Hei mihi! Luna suum vix Ter tenuaverat Orbem,  
Ter nova vix iterum cornua Luna capit,  
Cum rumor, cum fama volans mihi verberat aureis,  
Funera cum Matris litera lecta refert,  
Obstupui, steteruntq; comæ, cum tela per aures  
Perq; oculos pariter vulnera corde darent,  
Quid facerem? tristes suppressi pectore lessus,  
Tristitiâ voces exsuperante meas,  
Occiderat, fateor, vitâ mihi charior ipsâ  
Mater, Spes Fratris, Spes mea, Spesq; Patris,  
Sed nova spes aderat, superabat & altera Mater,  
Affectu Genero quæ mihi mater erat.  
Hei quotiens sensi flagranti pectus amore,  
Hei quotiens sparsit signa reclusus amor! !  
Verba quot audivi, tot erant documenta favoris,  
Certabant meritis lingua manusq; suis.  
Alloquio quoties, quoties recreabat egentes  
Consilio, quoties dulce levamen erat.

Ipsa

Ipsa mihi poterat Præsentia gaudia ferre,  
 Semper & in vultu signa favoris erant.  
 Si vel mille forent lingvæ mihi, cordaq; centum,  
 Non ego tot valeam commemorare bona.  
 Ast ea nunc: *Lachryma fluitate, rigate gementis*  
*Ora, per attonitas ire redite genas.*  
*Huc agite, huc fletus, lachrymarum huc flumina & imbres,*  
*Tuq; recrudescens surge resurge dolor.*  
 Ast ea nunc abiit! cecidit spes ultima! Mater  
 Hei fuit, & gelidâ contumelatur humo,  
 Hei, Venerande SOCER, fuit hei tua sola voluptas,  
 Magna tui subito Portio cordis abit!  
 Hei ruit, & jacet heic tua Spes, columenq; senectæ,  
 Ad plures penetrat vita, salusq; domûs.  
 In lachrymas abeunt, dissolvunturq; relictâ  
 Pignora, quæ matrem nocte dieq; vocant.  
 Horreo, dum memini, querulis ululatibus auræ,  
 Planctibus ut fuerint cuncta repleta domûs.  
 Nemo videns poterat lachrymas cohibere cadentibus,  
 Tristitiâ in partes conglomerante suas.  
 Sed, VENERANDE PATER, gemitus cohibere memento,  
 Cordolij tacitis ponere dilce modum.  
 In TE cuncta domûs spes inclinata recumbit,  
 Tu Caput, & Radix, vitaq; spesq; Tuum.  
 Respice quæso Tuos Pater, & miserere Tuorum,  
 Nec curis vires attenuato tuas.  
 Quæis alios quondam dictis mulcere solebas,  
 Hæc animo medicus subiice dicta tuo.  
 Est DEUS, Est PATER, hæc nobis qui vulnera fecit,  
 Ille potest nobis nil nisi velle bonum.  
 Quæ Dominus voluit placidâ nos mente feramus,  
 Velle Dei penitus sit quovq; velle tuum.

Vos



Vos etiam nati & natæ compescite lessus,  
Parcite tot lachrymis discruciare Patrem,  
Vulneribus medicas vires Deus adferet, & qui  
Eripuit Matrem, Matris obibit onus.  
In Dominum curas: certi sperate salutem,  
Ipsa neq̄ it Bonitas deseruisse suos.  
Tu tamen intereâ salve dulcissima Mater,  
Æternam salve, vive beata, Vale.  
Spiritus æternùm cælo lætare recepte,  
Æthereis gaude perfruiture bonis.  
Terra tegat cineres, & molliter ossa quiescant,  
Ipsa jubet pietas Nos meminisse tui,



222

253

254









Ipsa mihi poterat Præsentia gaudia ferre,  
Semper & in vultu signa favoris erant.  
Si vel mille forent lingvæ mihi, cordaq; ce  
Non ego tot valeam commemorare b  
Ast ea nunc: *Lachryma fluitate, rigate geme*  
*Ora, per attonitas ite redite genas.*  
*Huc agite, huc fletus, lachrymarum huc flumina*  
*Tuq; recrudescens surge resurge dolor.*  
Ast ea nunc abiit! cecidit spes ultima! Mater  
Hei fuit, & gelidâ contumblatur hum  
Hei, Venerande SOCER, fuit hei tua sola vo  
Magna tui subito Portio cordis abit!  
Hei ruit, & jacet heic tua Spes, columenq;  
Ad plures penetrat vita, falusq; domûs  
In lachrymas abeunt, dissolvunturq; relic  
Pignora, quæ matrem nocte dieq; voc  
Horreo, dum memini, qverulis ululatus a  
Plandibus ut fuerint cuncta repleta dor  
Nemo videns poterat lachrymas cohibere c  
Tristitiâ in partes conglomerante suas.  
Sed, VENERANDE PATER, gemitus cohibere  
Cordolijs tacitis ponere disce modum.  
In TE cuncta domûs spes inclinata recumb  
Tu Caput, & Radix, vitaq; spesq; Tuûm  
Respice quæso Tuos Pater, & miserere Tuos  
Nec curis vires attenuato tuas.  
Qveis alios quondam dictis mulcere solebas  
Hæc animo medicus subiice dicta tuo,  
Est DEUS, Est PATER, hæc nobis qui vulne  
Ille potest nobis nil nisi velle bonum.  
Quæ Dominus voluit placidâ nos mente fer  
Velle Dei penitus sit quoq; velle tuum.

